fragmentarium

celsior potentia fortior aspectu pul-
chrior amore suavior et omni gratia
elegantior. A quo mihi iam thalamus
collocatus est, cuius mihi organa modula-
tis vocibus resonant, cuius mihi virgines iocun-
dissimis vocibus cantant. Iam mel et
lac ex eius ore suscepi, et amplexibus eius
iam castis astricta sum. l. iiij — 153
Iam corpus eius corpori meo sociatum est
et sanguis eius ornavit genas meas.
Cuius mater virgo est, cuius pater feminam nes-
cit. Cui angeli serviunt, cuius pulchritu-
dinem sol et luna mirantur. Cuius odore
reviviscunt mortui, cuius tactu conforta[n]-
tur infirmi. Cuius opes numquam deficiunt,
cuius divitie numquam decrescunt. Ipsi soli
servo fidem, ipsi me tota devotione committo.
Quem cum amavero casta sum, cum tetigero mun-
da sum, cum accepero virgo sum. Nec deerit
post nuptias filius, ubi partus sine dolo-
re succedit et fecunditas cottidiana [illegible]

[illegible]
[si]mulat. Sed Christi virgo nec blandimen[tis]
seducitur nec terrore concutitur, sed eodem
[illegible] et eodem animo perseverans et terren[tem]
simul et blandientem simul animo deri[de]-
bat. Audiens itaque prefectus tantam in p[uel]-
la constantiam, parentes eius alloquitur. Et [quia]
erant nobiles et vim eis inferre n[on]
poterat, titulum eis christianitatis opposui[t].
Sequenti namque die Agnen sibi presentari
precepit, et item atque item replicans rep[etere]
cepit de lenis amore sermonibus [illegible]
Sed omnis sermo eius casso labore deficeret [illegible]
[illegible] item suis tribunalibus iussit. Cum in-
[vene]rit dum Simplicio christianorum devotione t[illegible]
magicis artibus iactas. In arte fuit [illegible]
negata non potuit infamiam deponere [illegible]
[illegible]oris neque cautissimis consiliis [illegible]
consensum. Unde te iam ad venerandam de[am]
[Ve]stam parare necesse est, ut si perseveran[tia]
virginitatis placet eius die noctuque

License: cc-by-sa – Cluj-Napoca, Biblioteca Academiei Române, R.85897, R_85897 – Ambrosius Mediolanensis, Epistolae
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-r52f/4719/47198)